IVRIS CIVILIS SENTENTIARVM,

QVIBVS IN PRAXI IVRISCONSVLTI VTVNTVR COMPENDIVM,

AC PARS TERTIA.

TITVLVS CCCCXXXVIII.

De contractibus in genere.

Cap. I. Contractus: Quid ſit: Quis dicatur, vel non.

AN contractus deffinitio, quam ex labeone Vlp. ſub titu. de verb. ſig. refert rectè ſit aſſignata? Ant. Gilb. q. 8. Titulus contractus nihil aliud eſt, quã cauſa contractus. Bart. in l. 2. C. man. dati num. 9.

Vbi deficit cauſa finalis contractus, ſine qua quis alias contracturus non eſſet, cõtractus nominatus reſoluitur. Crau. conſ. 299.

Cùm aliquid additur, cenſetur receſſum à ſermonibus precedentibus, & nouus contractus eſt celebratus. Afflic. deciſ. 373. nu. 7.

Contractus dicitur celebratus gratia eius, qui rogauit. Bart. in l. 18. ff. de preſcrip. verb.

Tot ſunt ſtipulationes, quot ſunt anni, pro quibus ſolutio promiſſa eſt. Rebuff. in ſuis comment. tract. de ſent. exequtan. 9. gl. 5. to. 1.

In Contractibus innominatis cauſa habetur loco cõditionis: ſecùs, in contractibus nominatis. l. 3. C. de rer. permuta.

Vel non.

Multa verba ſolent interuenire inter contrahentes, antequam ad concluſionem perueniatur: ideo ante ipſam concluſionem non eſt contractus celebratus. Afflic. deciſ. 75. & tota vis illius in concluſione conſiſtit. Rot. Genu. deciſ. 131.

Quando precedit contractus, & adijcitur conuentio, quæ poteſt cadere in alium contractus, potiùs iudicatur innouatio primi, quã nouus contractus. l. 1. §. quod ſi rem. ff. depoſiti.

Appellatione contractus non venit teſtamentum, & contra gloſſ. in verbo contractus. l. 17. C. de teſtamentis.

Cap. II. Qualis ſit.

* An ſemper in contractibus voluntas peritorũ ſit attendenda. Fran. Sarm. lib. 1. ſelect. interp. cap. 11.

* An contractus innominatus do vt des differat à permutatione. Vand. Var. quæſt. lib. 1. q. 25.

* An de iure canonico res contractus ſint bonæ fidei. Fran. Sarm. lib. 3. ſelect. interpret. cap. 3.

Licet contractus principalis ſit ſtricti iuris, tamen acceſſorius poteſt eſſe bonæ fidei. l. 13. C. manda.

Contractus eſt vltrocitroq; obligatorius; vel eſt voluntaria communicatio rerum, ſeu officiorum. Idẽ Marc. de Mant. ſing. 692.

In contractibus correlatiuis facta reſolutione ab vna parte, totus contractus reſolutus eſt. l. 5. ff. de reſcindẽ vendi.

Contractus eo caſu, quo eſt bonæ fidei, eo caſu, & diſtractus, ſeu liberatio, & contractus factus ad diſſoluendum, non prodeſt ad agendum. Barto. in l. 59. ff. de pact.

Omnis contractus factus coram Principe, habet naturam bonæ fidei. Fran. Cremen. ſing. 36.

Contractus ex conuentione legem accipiunt. Bart. in l. 5. §. 2. vers. ff. commodati.

Contractus bonæ fidei, in quibus differant à contractibus, ſeu actionibus ſtricti iuris. Marc. de Mant. ſing. 300.

Contractus ferè omnes ſunt de iure gentium introducti, & qui dicantur de iure ciuili, vide Bar. in d. ins autem. inſtitut. de iure natura. gent. & l. 4. & 5. ff. de iuſti. & iur.

Cap. III. Quæ requirantur.

Authoritas iudicis, quando ſufficiat in contractibus

IVRIS CIVILIS SENTENTIARVM,

QVIBVS IN PRAXI IVRISCONSVLTI VTVNTVR COMPENDIVM,

AC PARS TERTIA.

TITVLVS CCCCXXXVIII.

De contractibus in genere.

Cap. I. Contractus. Quid ſit. Qui dicantur, vel non.

AN contractus definitio, quam ex Labeone Vlp. ſub titul. de verb. ſig. refert rectè ſit aſſignata. Ant. Gab. q. 8.

Titulus contractus nihil aliud eſt, quàm cauſa contractus. Bart. in l. 25. C. mandati num. 9.

Vbi deficit cauſa finalis contractus, ſine qua quis alias contracturus non eſſet, contractus nominatus reſoluitur. Crau. conſ. 499.

Cùm aliquid additur, cenſetur receſſum à ſermonibus precedentibus, & nouus contractus eſt celebratus. Afflic. deciſ. 373. nu. 7.

Contractus dicitur celebratus gratia eius, qui rogauit. Bart. in l. 18. ff. de praeſcrip. verb.

Tot ſunt ſtipulationes, quot ſunt anni, pro quibus ſolutio promiſſa eſt. Rebuff. in ſuis comment. tract. de ſent. exequ. art. 9. gl. 5. to. 1.

In Contractibus innominatis cauſa habetur loco conditionis: ſecus, in contractibus nominatis. l. 3. C. de rer. permuta.

Pactum.

Multa verba ſolent interuenire inter contrahentes, antequam ad concluſionem perueniatur: ideo ante ipſam concluſionem non eſt contractus celebratus. Afflic. deciſ. 375. & tota vis illius in concluſione conſiſtit. Rot. Genu. deciſ. 131.

Quando praecedit contractus, & adijcitur conuentio, quae poteſt cadere in nomen contractus, potius videtur innouatio primi, quàm nouus contractus. l. 1. §. quod ſi rem. ff. depoſiti.

Appellatione contractus non venit teſtamentum; & contra gloſſ. in verbo contractus. l. 17. C. de teſtamentis.

Cap. II. Qualis ſit.

* An ſemper in contractibus voluntas peritorũ ſit attendenda. Fran. Sarm. lib. 1. ſelect. interp. cap. 11.
* An contractus innominatus do vt des differat à permutatione. Vaud. Var. quaeſtib. 1. q. 25.
* An de iure canonico res contractus ſint bonae fidei. Fran. Sarm. lib. 3. ſelect. interpret. cap. 13.

Licet contractus principalis ſit ſtricti iuris; tamen acceſſorius poteſt eſſe bonae fidei. l. 13. C. manda.

Contractus eſt vltrò citroq; obligatorius; vel eſt voluntaria communicatio rerum, ſeu officiorum. Ide Marc. de Mant. ſing. 602.

In contractibus correlatiuis facta reſolutione ab vna parte, totus contractus reſolutus eſt. l. 5. ff. de reſcind. vendi.

Contractus eo caſu, quo eſt bonae fidei, eo caſu, & diſtractus, ſeu liberatio: & contractus factus ad diſſoluendum, non prodeſt ad agendum. Barto. in l. 39. ff. de pact.

Omnis contractus factus coram Principe, habet naturam bonae fidei. Fran. Cremen. ſing. 36.

Contractus ex conuentione legem accipiunt. Bart. in l. 5. §. nunc ff. commodati.

Contractus bonae fidei, in quibus differant à contractibus, ſeu actionibus ſtricti iuris. Marc. de Mant. ſing. 900.

Contractus ferè omnes ſunt de iure gentium introducti, & qui dicantur de iure ciuili, vide Bar. in §. ius autem inſtitut. de iure natur. gent. & l. 4. & 5. ff. de iuſtit. & iur.

Cap. III. Quae requirantur.

Auctoritas iudicis, quando ſufficiat in contractibus

ADDITIONES D. PETRINI IOBERTI, I. C. TAVRINENSIS,

EX OMNIVM DECISIONVM HACTENVS editarum epitome manuſcripta, deprompta.

TITVLVS DCLIII.

De alienatione in genere.

Cap. I. Alienatio, quæ dicatur.

AN emphyteota locando ad non modicũ tempus, ſeu ad longũ tempus cenſeatur alienare. Franciſcus Marcus, deciſ. 534. negat.

Quomodo emptionis appellatione omnis alienatio contineatur. Alci. libr. 3. Parerg. cap. 22.

Alienationis emphyteuſis eccleſiaſticæ materia diſcutitur. Io. Pet. Surd. dec. 21.

Cap. II. Qualis ſit, quibuſque modis intelligatur.

An prohibitio alienationis à teſtatore facta legatariis ſit realis, vel perſonalis; ideò extendatur ad alios vltra eos, quibus fuit iniuncta. Surd. deciſ. 125. Tom. 1. ſecund. affirmat. Capy. deciſi. 108. num. 45. Rolãd. conſi. 27. nu. 25. Tom. 4.

An in alienatione generali tranſeat priuilegium conceſſum intuitu perſonæ, Viuius deciſ. 208. negat. Vinc. de Franc. deciſ. 125. nu. 2.

Cap. III. Quæ requirantur.

An patroni ſint vocandi in alienatione rerum eccleſiaſticarum, ſeu diſmembratione. Gulliel Caſſiodo. deciſ. 3. de iur. patr. negat.

An in diſmembratione, ſeu alienatione rei eccleſiaſticæ requiratur rectoris vocatio cauſæ, & contractus expreſſio, & aliæ ſolemnitates de quibus in cap. dudum de rebus eccleſ. non alien. lib. 6. Rota Roman. deciſio. 1. de rebus eccleſ. non alien. in nouis affirmat.

An in alienatione à minore facta, cõtractus dies, nõ ratihabitionis ſpectetur, vt habeat locum retractus, ſi lapſus ſit annus poſt quem non habet locum. Annæus Robertus deciſio. decimaſeptima, lib. tertio, affirmat.

An in alienatione bonorum fideicommiſſi ſit ſeruandus ordo, & preciſè modus formalis per teſtatorem requiſitus. Alexand. Raud. deciſ. vigeſima nona, affirmat.

An quando in alienatione feudi concurrunt maior, ſiue ſuperior, ac proximior dominus vtriuſque conſenſus requiratur, vel maioris domini conſenſus ſufficiat. Myſin. cen. 5. obſer. 66 affirmat vlt. par. gloſ. cap. 1. §. illud de prohib. feud. alien.

An in alienationibus rerum eccleſiæ, ſeu tranſactionibus ſufficiat authoritas Vicarij, vel Officialis Epiſcopi. Capell. Tholoſ. deciſ. 97. negat.

An nominatio ſpecialis omnium capitulorum non ſit neceſſaria, niſi in alienatione bonorum, & rebus arduis, Ioan. Moheda de rebus eccleſ. non alien. deciſ. 1. affirmat. Dec. cap. cum omnes, lectio. 1. de conſtitu. Old. conſ. 100.

An alienatio dominij, dotis, patrimonij Regis debeat verificari in Camera, & Senatu Regis, & in ea requiratur illius decretum. Ioan. Papon. libro 5. titu. decimo, arreſt. 4. in fine affirmat, & arreſt. 5. & 2.

Conſenſus domini, qui requiritur in alienatione feudi, an debeat expreſſus eſſe, vel tacitus ſufficiat. Andr. Fach. lib. 7. cont. cap. 80.

Subuaſſallus feudum alienare volens, an conſenſum requirere debeat domini ſui immediati, an verò ſuperioris domini mediati. Andr. Fachin. lib. ſeptimo contr. cap. 53.

Cap. IV. Quibus modis fieri poſſit.

Heres grauatus reſtituere fideicommiſſario, quicquid ſupererit de hæreditate tempore mortis heredis poterit alienare pro libito ſuæ voluntatis de bonis hereditarijs. Guido Papa, deciſ. 520. affirmat.

An alienatio feudi cum clauſula reſeruatiua, ſaluo beneplacito domini, non aliter, nec alio modo iure fiat, & ſi res tradita, non ſit locus caducitati. Gaſpar. Theſ. q. 53. lib. 1. affirmat.

An alienationes bonorum fideicommiſſo ſubiectorum factæ poſſint alienari, ex cauſa dotis, & alimentorum, etiã ſpurijs præſtandorum. Alexand. Raud. deciſ. 29. 31. affirmat.